





109.

1753, 16

17

ORDINIS IVRIDICI  
 DECANVS  
 GEORGIVS CHRISTIANVS  
 GEBÄVER D.

AD VIRI GENEROSISSIMI  
 ANDREAE RVDOLFI DE RAMDOHR

BREMENSIS

SOLENNIA INAUGVRALIA  
 INVITAT

SIMVL NONNVLLA

DE

REGIO APVD GERMANOS NOMINE

AD TACITI GERMAN. CAP. VII.

COMMENTATVR.



GOTTINGAE,  
 PRELO GEORG. LVDOV. SCHVLZII, ACAD. A TYPIS.



ORDINIS IURIS  
MAGISTRI  
GEORGIVS CHRISTIANVS  
GEBAVIT M.  
ANNO MDCCLXXIII  
ANDREAE RUDOLPHO DE RANDBOR  
SOLLENNI IN VERTICE  
IN VITAE  
SINE DOLORIBUS  
REGIO ANNO GERMANICO NOMINE  
AD ANNO GERMANICO ANNO



ANNO MDCCLXXIII  
SINE DOLORIBUS





Decanatu nostri Ordinis, post longam decem annorum  
intercapedinem, et interea temporis (magni operis  
in dias luminis auras, si fata sinent, extrudendi causa)  
bis declinatum illud munus, nunc fungenti, et ad jucundum  
Variusque Juris Candidatorum Honoribus praefandi  
officium redituro licebit, ut opinor, simul redire ad institutum  
in simili scriptura non una quondam usurpatum, antiquissima  
*Juris Germanici Vestigia* in aureolo c. CORNELII  
TACITI *de Situ Moribus et Populis Germaniae Libello*  
indagandi confectandique, quod eo lubentius a me fit,  
quod probe meminerim, *Virum Generosissimum*, qui  
honestissimo Legitimorum Honorum Ambitu viam hanc  
mihi omnium primus aperit, me, ut saepius hic loci institui,  
TACITI *Germaniam* viva voce interpretantem studiose  
audivisse. Ut autem Maronius Damoetas a) voluit:

*Ab Jove principium, Jovis omnia plena:*  
ita et mihi esto, licet non absque pedis metrici offensione,

*Ab Rege principium:* Regis sunt omnia plena,  
etiam in ultimis gentis nostrae antiquitatibus, & recte  
quidem. Quemadmodum enim Majores nostri per tot saeculorum  
lapsum, ex quo ab Eois partibus in has migraverunt  
regiones, sincerum unius Dei, *Secreti illius, quod sola  
reverentia videbant, b)* cultum servarunt, ita quoque  
Regia iisdem Potestas ab origine gentis placuit, vera  
a 2 Dei

a) Ecloga III. 60.

b) TACIT. German. c. 9.

Dei unius imago. a) Sane, ut nostri CORNELII OMNINO πολιτικωτάτης verbis b) utar, *cunctas nationes et urbes* POPV=

a) Ita etiam sensit Serenissima Virago, ANNA MONTPENSIERIA, cujus commentarios dum animi causa iterum perlego, nudius tertius incidi in locum, quem adscribere non piget: *Il me semble que l'autorité d'un seul tient tant de la Divinité, que l'on devoit avec joye et respect s'y soumettre par son propre choix, quand Dieu ne nous y auroit pas fait naître. Pour moi je comprends fort bien, que, si j'étois née dans une Republique, je serois toute propre a la revoluer, quand meme ce ne seroit pas pour moi, tant j'estime la Monarchie.* Memoir. de Mademoiselle de Montpensier Tom. I. p. m. 132.

b) *Annalium Libro IV. c. 33.* quo in loco haec verba sequuntur: *delecta ex his et constituta reipublicae forma laudari facilius quam evenire, vel si evenit, haud diuturna esse potest,* quibus non possum non aliquam operam navare. In optima TACITI editione a GRONOVII Trajecti Bat. hujus seculi Anno vicefimo primo in forma, quam quartam vocant, edita haec in notis leguntur: *Delecta ex his et temperata simul ex omnibus.* Trium istarum formarum res publicas dari ipse modo diserte dicebat: sed aliquam ex his delectam atque ita libratam, ut omnium commoda complectatur, omnium evitet vitia, eam vero reperiri valde negat, idque ex vero, quidquid alii contra somniant, Prius enim formandi essent alii homines (alii etiam moribus) ex quibus ejusmodi republ. institueretur. *Freinshemius.* Sed unde huic Cl. Freinshemio in manum venit participium *temperata*, quod nec ille nec quisquam in contextu vidit, nec credi potest ab eo tantam licentiam usurpatam, ut ita aut ipse scripserit, aut scribi debere alios admonere voluerit. Nihilominus, quod miror, videtur suspectum habuisse illud *constituta*: cujus suspicionis ansam nescio qui capere poterit in tanto omnium silentio. Quod ego averfatus nunc profero in illo unico, illo venerabili codice scribi *delecta ex his et constituta*

POPVLVS aut PRIMORES aut SINGVLI regunt, et sunt  
 unius cujusque ex his tribus formis certa et singularia  
 com-

sciata Reipublicae forma. Apparet quam prave hic irreperit  
 illud constituta. Nam etiam hoc apparet, & satis manifeste,  
 scriptum fuisse ab Tacito et concinnata reipublicae forma.  
 Ceterum scias, lector, oportet hanc notam petita esse ex  
 comparatione versionum, ubi describit Freinshemius Tacitum  
 velle delectam et contemperatam simul ex omnibus. Mirum  
 sane. *fac. Gronovius*. Primum, quod in hac Cl. Viri nota desi-  
 dero, est, quod fontem, ex quo illam *Freinshemianam* notam  
 et plures alias hausit, non satis designarit. Extat autem omni-  
 no liber raro obuius: *Io. Freinsheimii Specimen Paraphraseos  
 Cornelianae primum C. Taciti Fragmentum, hoc est Tiberiani  
 Principatus quindecim annos comprahens, et cum Versioni-  
 bus Linguarum quinque comparatum. Argentorati 1641. 8.* In  
 hoc autem libro, quo GRONOVIVS diligenter est usus, fru-  
 stra quaeris et genuinum TACITI textum, et notas eun-  
 dem emendantes. Ut prius ostendam, verba illa, quae par-  
 tim in textu dedi, partim in initio hujus notae posui, apud  
 FREINSHEMIUM *ἡρεσσεσιν* sic sonant: *Omnes enim  
 nationes aut urbes vel democratia vel aristocratia vel monarchia  
 gubernantur: mixtam ex his et egregio iudicio contemperatam  
 Reipublicae formam laudare quam constituere facilius est: aut  
 si maxime constitui possit, tamen vitio humanorum ingeniorum  
 ad vim et licentiam nimis proclivium, diu consistere non potest.*  
 Ex hac itaque Paraphrasi, licet in ea quoque FREINSHEMIUS  
 voce *temperatam* usus sit, verba in fronte notae a GRONOVIO  
 inflar variantis lectionis posita: *Delecta ex his et temperata  
 simul ex omnibus*, depromi non potuerunt, nec imago ex nota,  
 quae in *Comparatione Versionum* Paraphrasi subiuncta sic se ha-  
 bet: „4. 33. 1. *Delecta ex his*“ Gal. I. (versio scilicet, quae  
 est cajsudani le Maître) „*La republique bien reglée et legiti-  
 mement ordonnée de l’une de ces trois formes*, quum Tacitus  
 „*velit, delectam et contemperatam simul ex omnibus*, nam  
 trium

commoda et praerogativae: vincere tamen Regiam Potestatem reliquas duas, vel hoc maxime arguit, quod Majores

trium istarum formarum respublicas dari, et cetera a GRONOVIO excerpta & a nobis supra repetita. Ex quo sane clarissime apparet, FREINSHEMIUM Gallum Interpretam, vero TACITI sensu allato, confutare voluisse, de emendando textu ne per somnium quidem cogitasse. Nihil adeo hic miri occurrit, nec suspectum habuit FREINSHEMIUS illud constituta, adeoque et de ansa suspitionis quaerere, foret frustraneum. Hac interea occasione GRONOVIVS ex venerabili codice, affert vocem *conficiata*; et sane non caret aliqua suspitionis ansa vulgare *constituta*. Simples respublicae constitutendae ordinandaeque sunt, compositae autem etiam coagmentandae laevigandaeque. Cum autem illud *conficiata* manifeste vitiosum sit, GRONOVIVS, ut vidimus, inde effingit: *conciinnata*, ego malim: *exasciata*. Facilior fuit librarii lapsus in voce insolente, et illa formae externae affinitas in literis *c*, et *e*, in *a* et *x*, in *n* et *a* facile persuadebit. Atque ita haberemus locum alterum illi PLAUTI in *Asinar.* Act. II. Sc. II. v. 92. consimilem. Exasciata reipublicae forma est omnibus numeris perfecta, ut eximius FREINSHEMIUS recte vidit, omnium complectens commoda, omnium evitans vitia, laevia cuncta ac polita ostendens. Falli enim mihi videntur Plautini Interpretes, qui negotium inceptum, rude adhuc, et quod perpoliri possit, in isto loco intelligunt. Erroris sors in eo est, quod crediderint, *opus* illud, quod *exasciatum* dicitur, esse ipsam Mercatoris Asinari emundionem, quae nondum erat perpetrata, cum potius sit: a Libano emungendi hominem rite captum consilium, quod jam erat in liquido expoliturumque. Animadvertamus ad illa Leonidae, qui non eo animo, ut deciperet, sed ut faceretur se faceret, commodum se Sauram, Demaeneti atriensem, dixerat:

Quid

jores Nostri in summo licet libertatis studio, eam tamen  
 sint amplexi et ad seros posteros transmiserint. De hac  
 re nos edocet TACITVS *Germaniae c. VII.*

REGES EX NOBILITATE SVMVNT

Locus tam foecundus, ut quot ille verbis constat, totidem  
 pene Iuris Publici antiquissimi Vestigia nobis prodat. Primum  
 est lex vetustissima: *Regia in qualibet gente Potestas esse.*  
 Regem appellamus *den König*; de qua voce, more mihi  
 familiari, plura ipse dicerem, nisi Vir celeberrimus, mi-  
 hique a tot annis amicissimus, IO. GEORGIVS WACHTE-  
 RVS in suo *Glossario Germanico* mihi otium fecisset, cuius  
 tamen loci potissima vel ideo adscribam, quod eadem  
 annotatione oculis nonnullis meis locupletari posse confi-  
 dam. Ita autem Vir doctissimus, „König, inquit, vox  
 „antiquissima et in monumentis veterum (si Codicem Ar-  
 „genteum excipias) a) ubique obvia, quae Anglo-Saxo-  
 „nibus

*Quid nunc consilii captandum censes? dic!*

ad quae Libanus astutior:

*hem! istud ago,*

*Quomodo argentum intervortam et adventorem et Sauream.*

*Iam hoc opus est exasciatum.*

Et in sequentibus:

*Nunc tu abi ad forum, adque herum, et narra haec ut  
 acturi sumus.*

Non potest profecto hic praepositionis *ex* alia vis esse quam  
 in *laboratur, expolitur, excogitatur*, et similibus, ubi perfe-  
 ctionem notat, et in operibus faciendis politurae opera est ul-  
 tima, et ita quoque sensisse video ICtum doctissimum I A C.  
 GUTHERIVM *de Iure Manium L. II. c. XXVII. pag. Ed.*  
*Lipsf. 368.*

a) Nempe Gothis aliud nomen fuit, quo Regem denotarunt,

*Thius*

„nibus effertur *cyng*, *cyuig*, *cyning*, Francis & Alamannis  
 „*kuning*, *chuning*, Anglis *king*, Belgis *koning*, Svecis *konung*,  
 „Danis *konning*, Islandis *kongur*. — De Titulo Regio in-  
 „tegrum commentarium edidit OTTHO SPERLINGIVS a), vir  
 „prolixa eruditione insignis, cujus haec fere summa est:  
 „hunc titulum Regibus percarum, primum in Dania na-  
 „tum esse, auctore et inventore Riko Rege Daniae poten-  
 „tissimo circa A. C. 258. hunc Regem pristinum Regum  
 „titulum *Drotter* mutasse in *Konning* b): qui cum solus  
 „tanto fastigio dignus videretur, postea omnibus Saxo-  
 „num

*Thiudans*, et quo usus fuit INTERPRES GOTHICVS Math.  
 XXVII. v. 11. et Marci XV. 2. *ihu is Thiudans Iudaie*, tu es  
 Rex Iudaeorum? Marci VI. v. 14. *Jab gabausida Thiudans*  
*Herodes*, Et audivit Rex Herodes, Luc. XIX. 38. *Thiutda*,  
*sa quimanda thiudans in namin savins*, Benedictus, qui venit  
 Rex in nomine Domini, Jo. XVIII. 37. *Annub thiudans is*  
*ihu*, Tamen Rex es tu? in quibus locis omnibus atque singu-  
 lis ANGLO-SAXO THOM. MARESCHALLI habet:  
*cyning* vel *cyninc*, et ISLANDVS GEORG. STIERN-  
 HELMII *kongr* vel *konung*.

a) Libri Titulus est: *De summe regio nomine et titulo Septen-  
 trionalibus et Germanis omnibus et aliis usitato konning et*  
*eius apud Danos origine ejusque potestate et majestate Com-*  
*mentarius OTTHONIS SPERLINGII V. I. D. Confiliarii*  
*Regii Profess. P. et Collegae Societatis perillustis Anglicanae.*  
*Havniae 1707. 4.*

b) Sed bono huic Riko in hoc simul elaborandum erat, ut in-  
 veniretur modus, qui tantae majestatis nomen non vilesceret,  
 et in *Siokonger* et *Herkonger*, piratarum latronumque du-  
 ctiores p. 41. apud SPERLINGIVM, in *Staauder Konger* re-  
 ges mendicantium & *Halfkonger* dimidiatos Regulos pag.  
 53. in *Vnderkonger* et *Skattekonger* subjectos tributariosque  
 pag. 66. non degeneraret.

num et Francorum Regibus placuerit. — — Quid Danis  
 significet, passim explicat et praecipue §. 86: *Konning*  
*Danorum a potestate petitum et scientia a) nomen est, nam*  
*utrumque complectitur vox können posse, ex qua konning*  
*deductum nomen est; tam enim vires animi quam cor-*  
*poris et imperii, decus formae, majestas legum, PO-*  
 TESTATIS INFINITA, et quae in rebus humanis summa  
 sunt, in hac voce latent. - - Sed idea infinitae potestatis,  
 quam Auctor noster ex ingenio Septentrionalium cum ti-  
 tulo regio connectit, in ipso vocis semine non est com-  
 prehensa, sed mere accessoria et minime nativa. Sic a  
 posse fit potestas major vel minor, unde Italis *il podesta*,  
 quod a summo culmine longe abest b). Sic a *können* fit  
*kunst*, ars et scientia, utraque limitata. Eadem ratione  
 præci Reges appellari poterant *cuninge* a potestate, etiam si  
 populus non omnem potestatem in eos contulisset. Et  
 tales

a) Ita dudum IOANNES MINSHAEVUS in suo *Ductore in Lin-*  
*guas p. 402. King a kommen i. scire, quod Rex vera scientia im-*  
*butus esse debeat, et STEPHANVS SKINNERVS in Etymo-*  
*logico: King ab A. S. Cerman, Cerman, Cunnan, Teut. können,*  
*scire, quasi dicas, qui res ad salutem publicam spectantes accura-*  
*te novit, qui reipublicae consultit, sapientia populi vel pru-*  
*dentia. Sed ita Regnum non nisi prudentissimo sapientissi-*  
*moque esset deferendum, quod uti difficillimae indaginis, ita*  
*decisionis fere impossibilis res foret; Sed et Consilarii Princi-*  
*pum plurimum ea facultate pollent, ideo autem nemo eos to-*  
*tidem Reges dixerit. Ceterum τὸ scire esse τὸν posse spe-*  
*ciam, nemo negaverit, cum quotidie dicamus: er kan latein,*  
*er kan tanzen, er kan singen, latinam linguam, saltare, canere*  
*novit.*

b) Vide, si lubet, quae scripsi in *Dissertat. II. de Patria Potestate*  
 C. I. §. 1.

b

„tales Reges (quales Germaniae et Galliae antiquae fuisse  
 „aliunde constat) veri nominis Reges fuisse et etiamnum  
 „esse, nemo negare potest, nisi natura fervus a). -- --  
 „Quae ante aliquot annos in *Spec. Gloss. Germ.* dixi, et nunc  
 „minus placent, non repetam, sed quae cura posterior  
 „mihi suggestit in medium proponam, libera statuendi fa-  
 „cultate cuius relicta b). Celtica Lingua *cun* est domi-  
 nus,

a) Ita et mihi videtur, et persuasissimum habeo, si Fridericus III. vi pactorum conventorum fere precarius Daniae Rex, mira rerum circumversione in Regem infinitae potestatis non evasisset, istum librum nec scriptum fuisse, nec ejus Nepoti, Friderico IV. Regi, unquam fuisse oblatum. Saltim SPERLINGIUS noster Regni Svecici Proceribus plane non persuasit, ut post fata Caroli XII. Reginam Reganve indolis a se efflatae in altero illo Septentrionis folio reponere inuenerint.

b) Molestè, et ut harum literarum amatores decet; in meris enim verisimilibus versamur, quae cum firmo non nitantur talo, sed fluctuent, cuius libere et adoptasse et abdicasse licet. In isto specimine vocem *König* vir acutissimus deduxerat a *kun*, *cynne*, *churne*, *kunne*, quod in omnibus Veterum dialectis *genus* significat, et, a Generis Regii praestantia indeque nata reverentia Reges duxisse nomen, putarat. Simile quid in mentem venit GVTMUNDO ANDRAEAE in *Lexico Islandico*, ubi *Konungr*, per Syncopen *konr*, idem esse ac *kou ungr*, *generosum juvenem*, existimat. Nec omisit WACHTERVS locum, quem tracto: *Reges ex nobilitate sumunt*, non leve pondus primae conjecturae addentem. Rectè tamen mea sententia mutavit suam. Veteri prolapia esse ortum, splendidum est, neutiquam regium. Reliquis omnibus factum esse superiorem, iisque adeo vel dominari vel imperare posse, hoc demum Regem efficit. Quare Etymon, quod in ipsam rei essentiam sese penetrat, et fundamenti loco habet id, quod  
 nec



„nus, teste BOXHORN in Lexic. Antiquit. Brit. a)  
 „Quod si derivetur a *können* posse (cujus tanta est antiqui-  
 „tās, ut etiam Hebraeis *kun* sit posse et *ken* potens b). Si  
 „gni-

nec abesse potest, alteri merito praeferimus, quod in acciden-  
 ti haeret, et qualitati innititur, quae, licet absit, regis ideam  
 non evertit. Ceterum addiderim, utrumque fontem et *kön-  
 nen*, posse, & *kunne*, non *genus* tantum, sed & *sexum* et *con-  
 jugem* denotantem arcta affinitate jungi, cum potentiae species  
 sit posse generare, et, quibus ea facultas negata est, vulgo di-  
 cantur habeanturque impotentes.

a) Ipse BOXHORNIVS inscripsit opusculum: *Antiquae Linguae  
 Britannicae Lexicon Britannico-Latinum*, alii postumo: *Ori-  
 ginum Gallicarum Libro*, subjunctum, et Amstelodami 1654. 4.  
 editum. Voces sunt Cambraicae. Nostro *Cum* Britanni Arc-  
 morici hodie non utuntur, quibus *dominus* dicitur *Auron*. Vi-  
 de GREGORII DE WESTRENEEN *Dictionaire Francois-  
 Celtique* voce: *Seigneur*.

b) In hoc autem Viro doctissimo cum amicis harum literarum  
 peritissimis, quos ego hujus linguae inscientior consului, non  
 convenit. Quamvis enim Hebraea sint omnino vocabula et  
 verbum  $\text{קָנָה}$  et nomen  $\text{קָנָה}$  illud tamen *aptandi*, *stabilendi*, et  
*confirmandi* significatum habet, hoc *rectum* et *firmum* denotat,  
 quod alta recto situ collocata sua veluti mole firmentur, incli-  
 nata ruinam portentant. Multum autem inter *firmum* et *po-  
 tens* interest. Illud sua se sustinens quiete externos insultus  
 excipit et spernit: Hoc ad quemcunque motum primum vi,  
 ad efficiendum, quod vult, se instructum esse novit, aut sal-  
 tim sperat. In aliis Linguis vestigia vocis primigeniae super-  
 esse videntur. Graeci habent *κονεῖν* et *κονίζεσθαι*. HESY-  
 CHIVS: *κόνει, σπεῦδε, τρέχε, κονεῖν, ἐπειγέσθαι, αἰδάνεσθαι,  
 ΕΝΕΠΕΙΝ*. Rursus: *κόνισαι, ἀνύσαι*, atque iterum; *κον-  
 νισαι, ἀγωνίσασθαι*. Et SVIDAS, *κόνισαι, γυμνάσθαι καὶ  
 κονίζεσθαι τὸ γυμνάζεσθαι*. et paulo post: *κονῶ τὸ ἀγωνιά-*

b 2

Lat.  
i-

„gnificabit eum, qui aliquid habet in facultatibus, domum,  
 „praedium, famulitium &c. Hic mihi primus vocis fi-  
 „gnificatus, quem postea ad Reges et Principes translatum  
 „reor, cum, quod reip. sicut dominus familiae praesentem,  
 „et jus haberent jubendi, quamvis a populo restrictum,  
 „tum, quod nominis mensuram excellentiori quodam modo  
 „implerent. Nam quae singuli dominio, rex possidet imperio.  
 „Inde Tartaris *chan* rex, imperator *a*), idemque America-  
 nis

Latinis est *conari*, cum qua voce illa nostra Germanica *kün* pro-  
 xima cognatione est conjuncta. Audax est, qui spreto periculi  
 metu id, quod *conatur*, se conficere *posse* confidit.

a) Agnovit et illustris LEIBNITIVS in nostra voce vestigium  
 linguae primigeniae, dum in *Miscellaneorum Berolinensium*  
 Tomo I. p. 3. ita scripsit: *Talis vox* (quae nempe ab Oceano  
 Britannico ad usque Iapanicum protendatur) *quinque est kan*  
*de potente, procer, rege.* Nam *kan, können, posse significat:*  
*king, konig, Regem: at Chaganus, Can, Sarmatis, Hunnis,*  
*Perfis, Turcis, Tartaris, Arabibus Principem usque ad Sinas.*  
*Et sane in pronuntiatione literae K initialis vim quandam non*  
*mediocrem exerceri, prorumpente per obstaculum spiritu, ipse*  
*sentimus. Quoties igitur vox eadem aut non nihil transfor-*  
*mata Britombus, Germanis, Latinis, Graecis, Sarmatis, Fin-*  
*nis, Tartaris, Arabibus, communis reperitur, (quod non adeo*  
*rara est) vestigium praebet linguae antiquae communis. Iam*  
*ante hos viginti annos in Dissertationibus meis Antilogicis p.*  
*230. profectus sum, me credere, primigeniis vocibus natura-*  
*lem quandam inesse vim et potestatem. Cum LEIBNITIO*  
*itaque sentio, in litera initiali nifum prorumpentis spiritus*  
*agnoscente: neque tamen negligenda erat litera ultima, forti*  
*linguae ad palatum allisu nifus illius vim agendi in rem obje-*  
*ctam aperte indicans. Leibnitiano loco jungi meretur paral-*  
*lelus, doctissimi Peregrinatoris, Equitis CHARDINI, in ejus*  
*Itine-*

„nis cou teste SPERLINGIO, §. 152. a) Primos Saxones,  
quam-

*Itinerario, Tomo III. p. m. 301. haec leguntur: Les Gouverneurs de Province s'appellent Caans, ou Khans (car on l'ecrit de deux facons) mot derivé du terme, qui signifie Force, Puissance, et qui est le titre ancien des Souverains de l'Asie Majeure. On peut voir dans Quinte Curce, Livre neuvieme, deux Rois des Indes, qui portoient ce titre, Porti-Can et Musi-Can, mettant le titre non pas devant le nom, selon la pratique de notre Occident, mais apres le nom, justement comme on fait aujourd'uy dans tout l'Orient. Les Souverains de toute cette vast étendue de terre, qui est depuis la Mar Caspienne jusqu'à la muraille de la Chine, portent aussi ce titre de Can. On dit le Cacaan, ou le Grand- Caan, qui est l'Empereur de la Tartarie Australe; le Caan de Balke, de Samarcande, de Bochora, qui sont les Tartares Yuzbecs. On dit aussi les Caans des Hordes Tartares, qui sont ces Tartares voisins de Pologne. Les Caans ont toute autorité dans leur Province. Ils y sont come de petits Rois etc. Locus CVRTII est alleg. Libri IX. cap. VIII. ubi tamen nonnullae editiones non Porti-canum, quod tamen et DIODORVS SICVLVS et STRABO agnoscut, sed cum Arriano Oxy-canum exhibent, (vid. FREINSHEMII Notam,) discrimine nostras rationes nihil turbante.*

e) Acutius videt noster WACHTERVS, quam ut credam, haec adoptatum fuisse, si ei aut libuisset, aut licuisset, fontem asferentium Sperlingianorum inspicere. Splendide equidem sonant illa in hunc modum allegato loco. "Et vera esse, quae dixi de Americanis, traditiones eorum, quas Hispani scriptores consignarunt, quoniam ipsi literarum monumentis careant, ostendent; Sic enim in additamentis ad Benzoni's Historiam novi orbis l. 3. c. 20. p. m. 71. legimus, nimirum insignem quendam virum, (CON ipsi vocant,) a septentrione quondam in eas terras venisse etc. cum priscos earum terrarum homines et foeminas creasse, atque illis herbas et fructus

„quamvis Regum diu intolerantes, a) Regem appellasse cyn  
patet

„*silvestres sustinendae vitae dedisse* etc. Prima, quae Peruvia-  
„ni norunt de se dicere (nam de illis loquuntur) ex Septen-  
„trione deduxerunt; quasi illinc populi passim migrarint, qui  
„terras eorum primi coluerint. Hanc originem septentriona-  
„lem etiam ipsa vox KON nos docet, quo Principem summum  
„appellarunt, eumque Deum fecerunt: nihil enim est aliud,  
„quam nostrum *Kong* vel *Kongy*, ut quantus nominis illius ho-  
„nor fuerit, quanta majestas a priscais seculis etiam in ultimis  
„terrarum, hinc discere liceat. Sed nunc et audiamus VREBA-  
„NI CALVETONIS, Latini BENZONIS Itali Interpretis,  
(is enim et additamentorum illorum auctor est) ex nescio quibus  
Hispanis scriptoribus compilatas fabulas omnem fidem istis  
Sperlingianis inventis detrahentes. Ita autem p. m. 401. et  
402. ille locus se habet: „Quum nullam certam ex scripturis  
„nullis aut literarum monumentis, creationis mundi aut diluvii  
„notitiam habeant: quod a Patribus traditum per manus ha-  
„bent, memoria retinent. Nimirum insignem quandam vi-  
„rum (Con ipsi vocant) a Septentrione quondam in eas terras  
„venisse mira pedum pernicitate, et nullis ostium sulturis aut  
„nervorum vinculis compacto corpore, qui solo nutu montes  
„in plana subsidere cogens, et profunda vallium complanans,  
„viam sibi per invia faceret. Eum porro priscais earum terra-  
„rum homines et feminas creasse: atque illis herbas et fructus  
„silvestres sustinendae vitae dedisse. Mox ab Indis plana in-  
„colentibus offensum, terras antea fertiles in arenas steriles  
„vertisse, atque inhibuisse pluvias. Ex eo nihil aut raro apud  
„eos pluisse. Misericordia tamen motum, ne squalida ficci-  
„tate regio animantia respueret, fontes aperuisse et fluvios,  
„quos accolae rigantes rivis carperent. Hunc quondam, quia  
„Solis et Lunae filium ferrent, pro summo numine adorabant.  
„Donec ab Austro successit alter, *Pachacama* nomine (id Crea-  
„torem apud eos sonat) Sole et ipse ac Luna ortus, priore lon-  
„ge

„patet ex compositis *cynedom*, *cyneric*, regnum, *cynelic*, re-  
 „gius, *cynebot*, compensatio ob regem occium. Eadem  
 „dialecō *cyne* est regius, *cynebend* diadema, *cynegard* ice-  
 „ptrum etc. Ex his simplicissimis et peripicuis iuvis no-

va

„ge potentior. Cujus adventu *Con* disparuisse: istum autem  
 „creatos a priore illo mortales in aves, cercopithecōs, urōs,  
 „leones, psittacos, et alias velucres mutasse, atque Indorum,  
 „qui nunc eas terras obtinent, majores creasse: illosque terrae  
 „atque arborum culturam docuisse. Quis quaeso in his naeviiis  
 vel micam historicae veritatis quaeret, praeter maum SPER-  
 LINGIVM, cui, et ingenio et eruditione valenti, immodera-  
 tus Patriae amor omnes verisimilitudinis fines tot in locis mi-  
 grare perulavit. O! indignam Danico nomine, veris laudi-  
 bus fat conspicuo, gentilitatem, (duxisse enim Conum po-  
 pulum e Septentrione vult SPERLINGIVS, quamvis Indi  
 Conum e Septentrione venientem populum creasse dixerint) cujus  
 nunc posterū inter cercopithecōs et psittacos quaerendi forent.  
 Si Conus ille fuit Normannorum Islandorumque migrantium  
 ductor, quid vetat credere, Pachacamac, Coni sociis huma-  
 nam formam eripientem, fuisse Hottentottorum migrantium  
 Regulum aut Capitaneum, eodem scilicet argumentandi ponde-  
 re, quod hi Austro, ut illi glaciali Ursae, sunt patria proximi.  
 Forte etiam Critico istius gentis non foret difficile, nomen re-  
 gium, quod teste КОЛБИО nostro in *Itinerario suo pag. 401.*  
 Hottentottis est *Kouqui*, in ipso vocis *Pacacama* meditullio  
 invenire. Sed Calvetoniana legisse est Sperlingiana refutasse.

a) Mihi verius videtur, Saxones Regum dudum et ab origine  
 Gentis fuisse tolerantēs, nempe quales ferre poterat innata  
 genti libertas. Suadent idem, cum nomina Anglo-Saxonica,  
 quae hic leguntur, tum ipsa Heptarchia in Britannicis Regio-  
 nibus condita. Regum Regem, Romanum Imperatorem, Domi-  
 num externum, Debellorem suum, ad Christi Sacra et Fran-  
 cium Inguum vocantem tolerare volebant, et eo respexit do-  
 ctissimus WACHTERVUS,

„va flexio orta est, obstetricante litera N, quae naturali nisu  
 „attrahit G. Inde est, quod dominus paulatim dici coepit  
 „*cung*, et rex *cyng*. Utrumque hodie perennat in dialectis.  
 „Lettica Lingua *kung* est dominus a), Anglis, *king* rex.“  
 Et haec ex WACHTERO, quibus eo lubentius accedo,  
 quod et alii Viri doctissimi in eandem sententiam ivisse vi-  
 deam. Ita dudum FRANCISCUS IVNIUS in *Erymolo-*  
*gico Anglicano*, ante paucos annos ab EDUARDO LYE Oxoni-  
 nii edito, voce: *Cing*: *Theoriscis juxta receptam pluribus*  
*opinionem Rex dictus est cuning a cunnan posse*. Etiam  
 STEPHANUS SKINNERUS in *Erymolog. Linguae Angli-*  
*canae* voce: *King*: *vel ab A. S. Cennam - - Scire - -*  
*vel potius ab Angl. Can. Belg. können, Teut. können, posse*.  
 Denique et laudatissimus FRISCHIVS in Opere quantivis  
 pretii, *dem Teutsch-Lateinischem Wörterbuche Tom. 1. p.*  
*536. col. b.* suo assensu nostrae sententiae non leve addit pon-  
 dus, et nescio quos dissentientes non absque indignatione  
 refutat. Ad ipsam *Regiam Germanorum Potestatem* acce-  
 dere erat animus, sed plura, quam initio rebar, de *Nomine*  
*vernaculo* dicenda fuerunt, ut, quae supersunt, alij occasione  
 jam imminenti sint servanda, redeundumque mihi sit ad  
 Eum, qui huic commentationi primam dedit anam. Est  
 ille

a) De Lithuanis habeo auctoritatem IOANN. ARNOLDI VON BRAND  
 Icti Duisburgens. qui in *Itinerario* p. 109. *Freundliche Zu-*  
*wendungen der Lütthawer seyn insgemein diese*: *Mano mielarsis*  
*Kunigenly: mein liebste Herrchen. Kunings Herr. Kuninge-*  
*Frauw.*

VIR GENEROSISSIMVS  
 DN. ANDREAS RVDOLFVS  
 DE RAMDOHR  
 BREMENSIS

qui Generis Splendori quam a teneris eruditionis decus ad-  
 jungere laudatissimo ardore fuerit annisus, ex iis, quae  
 ipse de se ex vero, breviter licet et modeste, conscripsit,  
 satis constabit:

Natus Stadæ d. IIII. Mart. Cl. 1600. XXII. horum parentum primo  
 loco pia mente, memorque colo: avum paternum ALBERTVM AN-  
 DREAM de RAMDOHR, Augustissimo Magnae Britanniae Regi  
 Georgio I quondam a Sanctioribus Camerae Consiliis, Regiminique  
 Stadenfis Moderatorem: avum maternum Generosum THIESSIVM,  
 qui Duci Georgio Guilielmo Lunsburgico Serenissimae suae stirpis ultimo,  
 a Sanctioribus Camerae Consiliis fuit: patrem CHRISTIANVM LV-  
 DOVICVM, qui praefecturam Abldensem olim moderatus est: ma-  
 trem DOROTHEAM CAROLINAM, cui hoc loco summum grati-  
 animi monumentum publice exstare volo. Post obitum patris enim  
 ita nec sibi, nec matris, ut jam, antequam Lyceo Ifeldensi no-  
 men daretur, provida sua cura, privatissimis institutionibus, opera  
 venerandi BREMERI, Scholae Hannoveranae Rectoris, tempora  
 mea primis Aristotelicae philosophiae elementis, et optimis auctoribus  
 perhistrandis transmitterentur. Subiuncta fuere et huic venellae fe-  
 re aetati collegia disputatoria, historiae philosophicae inrita, caeque,  
 quae ad Logicam, Metaphysicam, et Ethicam recentiorum philoso-  
 phorum pertinere videntur. Et ne sacri novi foederis idiomatis co-  
 pia deesset, hujus rei ratio mature habita. Comicos veteres nosse  
 ex BREMERI praeceptis semper juvabit. Nec temere praetereun-  
 dus doctus ille Lactantii interpres, qui commentationibus suis pa-  
 tristica eruditionis hauri commendam partem mihi patefecit: nimi-

10081

6

rum

rum BVNEMANNVM omnes rei litterariae amatores norunt. Ita praeparatus accinctusque Ilfeldam profectus sum, ubi praeter ceteros non tam praecceptorem, quam amicum inter multos propendendum singularem IOACHIMVM SCHMIDIVM, (meum hunc Virum voco.) paedagogii Ilfeldensis Re-Rorem mihi paravi. Qualis Vir! Talis mihi profecto fuit, qualem praedicat Corruptum suum Sat. V. Persius, s. quae humanissimus Vir in commoda mea ad Graecas Romanasque antiquitates docendo contulit, spoctes. Delatus tandem in Georgiam Augustam hac sorte mihi beatus videor, quod ad GEBAVERI, Viri, a quo docti discere possunt, quique humanioris Iuri prudentiae tum promus condus, tum princeps iudex, inter omnes habetur, interiorum juris tractandi rationem studia mea adcommodata fuerint. Succedit docti opera tum in Iuris tum Historiarum partibus, Virorum multis nominibus mihi venerandorum Illust. AYREKI, BOEHMERI, KOEHLERI, et CLAPROTHI, cui in pragmatica juris arte id, quod in exercitium deductum est, quantumcumque id domini sit, debbo. Neque ea praetermittenda putavi, quibus Geometriae, sublimioris Physicae, solidioris Metaphysicar, et eius Logicae, quae inutilibus quaestionibus neque turbatur neque inutilis fere evadit, vera, et masculina comparatur scientia. Quo in argumento neque majorem, neque faciliorem invenit celeberrimo et vixente Magno SEGNERO nostro. Hic enim ita me excepit, ut quem vidisset propensum et generosum scientiarum generum animum, in Iuris prudentiam, et abstrusorem philosophiam quasi divisum, biennio fere se aedesque suas hac ratione mihi commoda verit, ut in ejus convivio, et cum Ipso habitans, seposita ad hoc biennium Iuris prudentia, totum, Illustri SEGNERO praesente, solidioris tum veterum, tum recentiorum philosophorum doctrinae me manciparem. Neque hoc absoluto tempore studiorum meorum commo-  
modis defuit celeberrimo SEGNERO, consulationibus suis in-  
videndo ea, quae dubis impedita talenti operem desiderare videbantur. His peractis maxime spectabili h. t. Decano Facultatis Iuridicae petitionem summorum in utroque jure honorum consequendorum, qua  
dicit observantia, exposuit.

Expo-

Exposuit omnino Ordini nostro vota sua, pulcro instituto ex animo applaudenti, sed et spes nostras, cum interpretando Iuris utriusque textus, tum ad quaesita Collegarum et mea promte et docte respondendo, uberrime implevit. Nihil itaque superest, quam ut futura XIII. Mensis Octobris die Lectione cursoria *Legem VII. D. de Dolo malo* interpretetur, et Dissertationem Inauguralem *de Toto Iure per partialem usum servato, quo Usucapio libertatis et Individua servitutum causa illustrantur*, sine Praeside publice defendat, quo facto decreti Honores praescitu et assensu SPLENDIDISSIMI ACADEMIAE CANCELLARII Generosissimo Candidato a me ex merito conferentur. Hanc Panegyryn ut MAGNIFICVS PRORECTOR, CVM SENATV, ILLVSTRISSIMI COMITES, ILLVSTRES GENEROSISSIMI NOBILISSIMIQUE CIVES, HOSPITES, COMMILITONES sua Praesentia illustrare exornaque non dedignentur, est, quod quam diligentissime et quam officiosissime rogo. P. P. Gottingae XII. Octobr. die clocccliii.





Göttingen, Diss., 1753 A-C

ULB Halle

005 350 859


3



VD 78







109

1753, 16

17

ORDINIS IVRIDICI  
DECANVS  
GEORGIVS CHRISTIANVS  
GEBÄVER D.  
AD VIRI GENEROSISSIMI  
ANDREAE RVDOLFI DE RAMDOHR  
BREMENSIS  
SOLENNIA INAVGVRALIA  
INVITAT  
SIMVL NONNVLLA  
DE  
REGIO APVD GERMANOS NOMINE  
AD TACITI GERMAN. CAP. VII.  
COMMENTATVR.



GOTTINGAE,  
PREO GEORG. LVDOV. SCHVLZII, ACAD. A TYPIS.

